


D. O. M.

DE TRACTANDIS GANGRENA ET SPHACELO UTERI.

THESES

ANATOMICÆ ET CHIRURGICÆ.



ORBIS obruitur fœmina plurimis, quorum enumeratio longior, curatio difficillima. Hos omnes recenſere minimè fert animus. Ab aliorum, ergo, abſtinendo Hiſtoriâ, Gangrenæ Sphacelique ſævitiem curationemque tentabimus exponere. Anteà quam hoc opus magnæ molis aggrediamur, quædam ſunt præmittendæ annotationes Anatomicæ, quibus ducibus ire ſecuriùs licebit.



I.

GENITALES mulierum partes externas & internas norunt Anatomici. Externas explanare faciliùs, ut potè extùs objiciuntur, internarum nisi ope scalpelli, indagatio impossibilis.

II.

MONS Veneris, labia magna, commissuræ ambæ, superior altera, altera inferior; lacunæ duæ, fossa navicularis, hymen aut carunculæ mirtiformes, nimphæ, clitoris ipsiusque præputium, priores constituunt.

III.

VAGINA verò, uterus, tubæ Fallopianæ, ovaria, ligamentaque quatuor duo teretia quorum, lata duo, internas complectuntur.

IV.

QUÆQUIDEM omnia, vasa tum sanguifera cum limphatica alluunt, nervi miro plexu corroborant: & hæc ad quæstionem habendam sufficiant.

EX CHIRURGIA.

I.

MULIEBRE pudendum Gangtenâ Sphaceloque potest corrumpi. Sæpiùs hoc malum vidimus in ipsum irruens uterum, quòque corruptas fœminas mors abstulit. Priùsquam autem uterus læderetur, loca humidiora pudendi sicuti obnoxia putredini, partesque externas vitiabat & torquebat morbus ille, tandemque utero communicabatur.

I I.

HANC labem à plurimis habere ortum caufis, in dubium non eft. Triftitia, mæror, vigiliæ, atra bilis, humor melancolicus illam pepererunt. Aër frigidus, humiditas & liquores quorum illa fcatent loca, peffima vivendi ratio, non femel calorem iis nativum extinxere. Maximo etiam in æftu poft actus venereos tuberculum obortum ita accreviffe conftat, ut Gangrenâ Sphaceloque vitiatum uterum mirati fint. Caufæ.

I I I.

ORIENTE malo, calor minimus perfentitur, accedit fenfim fine fensù febris & horror per omnes artus, fit mutatio coloris in parte afflictâ. Primo lividitas, dein nigredo tandem apparent, fœtidus odor imo cadaver redolens exhalatur. Pulfatione, fensùque caret, proftratæ vires, cor anxium, flatus demùm maligni, certò certiùs putrefactum omnino locum exhibent. Signa Diagnofticaí.

I V.

PESSIMA gangrena lues periculofum portendit exitum. Tempus urget & oportet ut ei maturè obftet Chirurgus, *Periculofa fi partes externas, periculofior fi uterum occupet*: Si Sphacelus, certa & inconcuffa mors pronunciatur. Prognoft icà.

V.

AD obtinendam curationem fiftenda eft putredo remediis topicis. Quæ fi arrideant quædam verbis annuntiabimus. Abfinthium, Lupinorum decoctum, unguentumque Ægyptiacum, cum cataplafmate è quatuor Farinis, fœpè huic malo cum fucceffù opitulata funt. Cardiaca non malè adhibueris partes internas corroborandi gratiâ, fed priùs fieri incifiones oportere ftatuimus. At his admotis remediis fi nedùm minuatur, malum augefcat, quæ corrumpuntur Curatio.

amputanda. Admittimus etiam uſtionem meliuſque ligaturam ſenſim ſine ſenſû conſtringendam, cujus ope uterus ipſe tolli poteſt abſque vitæ mulieris periculo.

Has Theſes, D*EO JUVANTE*, & *Præſide* M. JOANNE LEBAS, *Artium Liberalium & Chirurgiæ Magiſtro, tueri conabitur* RENATUS CAMUS, Andegavenſis, *in almâ Univerſitate Pariſienſi Liberalium Artium Magiſter.*

d'Angers

PARISIIS,

IN REGIIS CHIRURGORUM SCHOLIS.

Die Veneris 23[d]. *Junii anno ſalutis* 1758, *à ſeſqui ſecundâ poſt meridiem ad ſeptimam.*

PRO ACTU PUBLICO.

ET MAGISTERII LAUREA.

Typis Viduæ DELAGUETTE, Collegii & Academiæ Regiæ Chirurg. Typographi, viâ San-Jacobæâ, ſub ſigno Olivæ.